



**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hymenianis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.  
Prælectiones Theologicæ Posthumæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Dvb. 2. Vtrum Indulgentiæ reuiuiscant, id est, vtru[m] is, qui eas percepit  
in statu peccati mortiferi, fructum consequatur, quando resurgit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](#)

Car Papa  
non possit  
vno die ex-  
haurire  
Purgato-  
rium,

Respondet Cajetanus opusculo 16. quæst. 5.  
id fieri non posse: quia Indulgencie ijs duntaxat  
defunctis profunt, qui, vt prodeſſent, merue-  
runt. Ij autem id meruerunt, qui, dum viue-  
rent, conati sunt, quantum in ijs erat, pro pec-  
catis suis ſatisfacere.

Verum hæc ſententia paſſim reiecitur, vt oſten-  
dit Sotus d. 21. q. 2. ar. 3. ſub finem: Omnes enim,  
qui in gratia diſcedunt, capaces ſunt cuiusuiſ in-  
fluxus meritorum Christi, qui per Indulgencie  
diſpenſatur. Non enim fundamenſum communio-  
niſ ſuffragiorum Eccleſie eft particulaſe aliquod  
meritum, ſed ſtatus gratia, ob quem ſatiſ digni  
ſunt qui iuuentur. Et hoc ſolum vult D. Augu-  
ſtinus lib. De cura pro mortuis, cap. 1. & in Enchi-  
ridio cap. 109, cum ait, illis prodeſſe ſuffragia, qui  
meruerunt, vt ſibi prodeſſe poſſent: ſolum enim  
damnaſos excludit; vt patet ex diuifione, quam ibi  
inſtituit.

Respondeo ergo: Pontificē id non poſſe pre-  
ſtare, quia non ſubeft cauſa, ob quam poſteſtate  
Clauium tam ingens diſpenſatio fieri queat: at-  
qui diſpenſatio ſine iuſta cauſa eft irrita.

## CAPVT VI.

## De Indulgencij Viuorum?

42 N Otandum eft: Ex communi ſententia ſaltē  
hæc duo requiri ex parte fuſcipiens: Al-  
terum, vt ſit in ſtatu gratia, qui enim eft in ſtatu  
peccati mortiferi, non eft capax remiſſionis pœ-  
nae. Alterum eft, vt praeftet opus praefcriptum.

## D V B I V M I.

Vtrum hoc opus debeat fieri in ſtatu gratia?

43 Verior  
opinio ne-  
gat.

R Espondeo: Etsi Cajetanus & quidam alij  
contrarium ſentiant, probabilius eft non eſſe  
neceſſarium, vt totum opus, quod praefcribitur,  
fiat in ſtatu gratia; ſed ſufficere, vt ultimum, in  
que Indulgencie deberi obtineri, fiat in gratia. Ita  
Paludanus d. 20. q. 4. ar. 3. D. Antoninus p. 1. tit.  
10. cap. 3. §. 5. in fine. Silueſter verbo Indul-  
gentia, num. 20, citans Archidiaconum pro hac fe-  
ntentia. Corduba q. 21. & 22. Nauarr. notab. 19.  
num. 19. Et in expoſitione Iubilici Gregorij XIII.  
exprefſo docet, ſatis eſſe, vt homo ſit in gratia tē-  
pore Indulgencie confequenda, quamvis anteā  
in ſtatu peccati tempora viſitauerit, vel ieiunauerit.  
Additique Rome hoc ultimo Iubilæo Bul-  
lam Gregorij ita viſiſe intellexerat; & omnes ferè  
Theologos & Canoniftas ante & post Cajetanū,  
contra Cajetanum ſentire.

Probatur Primò: Opus quod ad Indulgencias  
requiritur, non requiritur tanquam meritum In-  
dulgencie, ſeu remiſſionis pœnarum, ſed tanquam  
diſpoſitio & conditio quadam: atq[ue] opus pium,  
factum etiā in ſtatu peccati, poſt eſſe diſpoſitio  
ad Indulgencias: ergo non eſſe neceſſe, vt fiat in  
ſtatu gratia.

Maior patet. Minor probatur: Quia opus pium  
factum extra gratiam eft diſpoſitio ad gratiam &  
reconciliationem; cur etiam non ſit diſpoſitio ad  
confequandas Indulgencias?

Dices: Meritum Christi non poſſe applicari  
ad remiſſionem pœnarū per opus mortuū: ergo.

Respondeo Primi: Eſti forte per tale opus

non poſſit completere applicari; tamē nulla eft ra-  
tio, cur non poſſit applicari inchoatē per illud  
tanquam per diſpoſitionem, ſic vt completa ap-  
plicatio fiat per ultimum opus, quod ponimus  
fieri in ſtatu gratia: ſicut per confeſſionem & at-  
tritionem applicatur Christi meritum inchoatē,  
per abſolutionem completere.

Respondeo Secundò: Applicationem merito-  
rum Christi in Indulgencij propriè non fieri per  
ipſum opus niſi diſpoſitivè, ſed per intentionem  
ſeu abſolutionem Pontificis.

Probatūr Secundò: Preces, ieiunia, & alia pia  
opera, facta in ſtatu peccati, valēt ad auertendam A ſimilitudine  
Dei iram, ſeu flagella temporaria, vt patet in Ni-  
niuſius & in Achab, quoſ credibile non eft uideſe  
per poenitentiam iuſtificatos. Valēt etiā ad diſ-  
ponendum populum ad vitæ emendationem, &  
reconciliationem cum Deo: atqui huicmodi fi-  
nes ſpectat Pontifex in concedendis Indulgencij:  
ergo habet cauſam idoneā eas concedendi, quam  
uis opus totum non fiat in ſtatu gratia.

Probatur Tertiò: Quando conceduntur Indul- Ab uſu Eſ-  
gentie in forma Iubilæi, uſus Eccleſie habet, vt cleſia.  
fideliſ triduo antē ieiunent, & poſteā confeſtan-  
& communiceſt. Quod si totum opus pra-  
ſcriptum deberet fieri in gratia; oportet antē  
omnia confeſteri, deinde ieiunia, & reliqua obire:  
nam certum eft, plerosque ante confeſſionem non  
iuſtificari.

Probatur Quartò: In anno Iubilici Romæ pre-  
ſcribitur, vt per 30. dies incolæ, & externi per  
15. viſitent Basilicas, vt patet Extraug. Antiquo-  
rum, De poenitent. & remiſſionib[us]: tamen mora-  
liter vix fieri poſt, vt omnes iſtæ viſitationes  
paſſim ab hominibus rudibus praeftentur in ſtatu  
gratia.

Aduerte tamē, ſemper eſſe ſecurius, vt totū opus ſecuriſtas  
fiat in gratia: quia cōtraria ſententia nō eft omni- eft vi tori  
no certa. Quod ſi nō totum fiat, ſaltem curandū opus fieri  
vt pars fiat in gratia: nam pro ea parte Indulgen- in gratia,  
tiam confeſteri, quamvis forte contraria ſen-  
tentia eſſet vera, vt recte docet Nauar. ſuprā, nu-  
19. Intentio enim Pontificis eft, dare illam vel in  
totum vel in partem, quantum poſt, & cauſa  
patitur.

## D V B I V M II.

Vtrum Indulgencie reuiuiscāt id eft: Vtrum  
iſt[is], qui eas percepit in ſtatu peccati mortiferi,  
fructum confequatur, quando reuigint?

R Espondeo: Non reuiuiscere: ſi enim tem- 45 Non reui-  
pore fuſceptionis Indulgencie non ſis in ſtatu  
gratia, nihil poſteā confequeris. Eſt commu- uiscunt inſi-  
niſ ſententia, vt docet Corduba quæſt. 21. Ratio  
eſt: Nam tenor earum ſolum eft, eis concedi tem- eſi Papa id  
pore certo: ergo, ſi tunc ſis indispoſitus, nihil poſteā ſtatueriſ, quia non applicantur. Poſſet  
tamen Pontifex ſtatueriſ, vt tunc valere incipient.

Dices: Satisfactio Sacramentalis reuiuiscit, cur  
non eriam Indulgencie?

Respondeo: Eſt diſpar ratio: Tum quia ipſa ſatisfactio applicat nobis Christi merita, tanquam  
ea in ſe contineſt: vnde ſiue ſumus diſpoſiti, ſiue  
non, per eam applicantur nobis abſolute. In In-  
dulgencij autem non applicantur nobis per opus  
pium, ſed per Eccleſie intentionem, quæ non in-

C eccl. iiiij rendit

tendit ea applicare; nisi dispositis; ut colligitur ex formula. Tum quia satisfactio sacramentalis in nobis realiter recipitur & consequenter merita Christi per eam quasi intrinsecè applicantur. In Indulgencij autem solùm sit extrinseca applicatio.

Contra  
non est im-  
probabile.

Aduerte tamen, Siluestrum verbo Indulgencij, nu. 32, ex Archidiacono, & Paludanum dist. 20, qu. 4. & quosdam recentiores tenere Indulgencias reuiniscere. Ecclesia enim videtur intendere applicare satisfactiones Christi omni modo, quo potest: atque posset sic applicari ergo. Hæc sententia non est improbabilis, præsertim si adhuc tempus Indulgencij consequenda duret.

## DVBIVM III.

*Virum culpa venialis impedit fructum  
Indulgenciarum?*

Si culpe  
veniali af-  
ficeris.

R<sup>46</sup> Espondeo & Dico Primò: Quamdiu manet aliquis in affectu peccati venialis, & vniuersum quâdiu aliquis manet in culpa veniali, nō potest illo modo consequi remissionem poenæ illius peccati. Ratio est: quia ex culpa necessariò sequitur reatus poenæ. Potest tamen consequi remissio nem poenæ aliorum peccatorum, quorum culpa est remissa.

Si veniale  
non viriet,  
vel vitiet  
ipsum opus  
præscri-  
ptum,

Dico Secundò: Si peccatum veniale committatur in opere præscripto, non tamen vitiet ipsum opus, non impedit Indulgenciam: vt si, dum ieiunias, mentiaris. Si autem inficiat ipsum opus præscriptum, ita vt ipsum efficiat peccatum veniale; v. g. si ieiunes vel ores ob vanam gloriam, putat Corduba qu. 22. proposit. 2. Indulgencia fructum non impediri. Sed contrarium videtur probabilius, quod tenet Adrianus tract. de Indulgencij, conclu. 4. Petrus Soto lect. 3. Nauar. notab. 32. nu. 45. & 46. Ratio est: quia tale opus est omnino ineptum, vt sit conditio requisita ad Indulgenciam: satius enim est abesse, quam adesse. Deinde est profus inutile ad finē honestum: unde non potest esse dispositio ad Indulgencias.

Notandum tamen: Probabile esse, opus exterrum ex duplice intentione posse procedere, quarum altera sit bona, altera mala. Quo posito: Probabiliter dici potest Indulgenciam obtineri per illud opus, quatenus procedit ex intentione bona, licet non obtineatur quatenus procedit ex intentione mala; quod sápē vñu venire videtur in dandis eleemosynis.

## DVBIVM IV.

*Virum, præter statum gratia in suscipiente,  
requiratur præterea sollicitudo & diligēcia  
satisfaciendi pro peccatis per condignam pa-  
nitentiam, petendo etiam iniungi à Confes-  
sario, vel sponte assumendo?*

47  
Affirmat  
Caietanus.

Caietanus tract. 10. qu. 1. putat hoc requiri. Sequitur Fumus verbo Indulgencij, nu. 13. Sed quamvis hoc sit salutare consilium, non tamen est necessarium. Ita Corduba q. 27. Nauar. notab. 21. nu. 2. & seqq. & est communis sententia. Probatur Primò: Ideo caput Indulgenciarum vñus crebrius frequentari in Ecclesia, quia homines erant tepidiores facti ad penitentias, adeò vt vix ad iustas satisfactiones possent induci: ergo, si requiritur illa sollicitudo & diligēcia satisfacien-

Comunis  
opinio  
negat.

di, tunc demum cæperunt frequentari, quando cæperunt esse inutiles. Hæc ratio est ab absurdio. Secundò: Qui est in gratia, est Christi membrum viuum: ergo est particeps cuiusvis influxus, qui ex eius passione dimanat. Tertiò: Iustus est membrum viuum Ecclesie: ergo est particeps communionis Sanctorum, ac proinde illorum meritis ac satisfactionibus potest iuvari.

Notandum tamen: Hanc sententiam Caietani in praxi esse valde salutarem, vt monet Nauarrus, Salubre præsertim cum altera non sit omnino certa. Vnde in praxi, optimè sibi consilunt, qui statuunt in hac vita satisfacere, idque re ipsa nituntur prestare, donec Indulgencias consequantur; hoc enim tantum requirit Caietanus.

## DVBIVM V.

*Virum requiratur confessio re ipsa, an in  
voto tantum?*

R<sup>48</sup> Espondeo & Dico Primò: Si in formulâ non exprimatur confessio, sufficit contritus in formâ cum proposito confitendi debito tempore. Ita mula non exprimatur vel exprimatur vel exprimatur vel exprimatur vel exprimatur.

Dico Secundò: Si exprimatur Indulgenciam concedi verè penitentibus & confessis, probabilius fessio, est, requiri confessionem in ijs, qui habent peccatum mortiferum. Ita Nauar. notab. 18. Caietanus Opusc. 15. cap. 10. Corduba q. 24. & alij pafsim. Ratio est: Tum quia in dubio non est recessendum à proprietate verborū; tum quia vna ex præcipuis utilitatibus Indulgenciarum est, inducere fideles ad confessionem peccatorum.

Aduerte tamen: Non esse improbabile, etiam An hinc in hoc casu sufficere propositum confitendi suo sufficiat tempore. Tenet enim hoc Silvester Verbo Indulgencij, num. 20. citans Paludanum, Panormitanū, Ioannem Andream, Glossam, Imolam, & Cardinalem Sabellaram: additque sic fuisse declaratum in Concilio Constantiensi; ita enim se reperire scriptum in quadam libro cuiusdam. Fratris sui ordinis. Sed Antonius Corduba negat talen declaracionem, quia nec in Concilio, nec apud aliquem Auctorem grauem illa est huius mentio.

Dico Tertiò: Est si requiratur confessio, non tamen necessaria est confessio generalis: sed sufficit ea mortifera confiteri, qua antea nunquam es confessus legitimè. Ita Corduba q. 24. & Nauar. suprà notab. 18. Nec obstat, quod formula dicat, Concedi Indulgenciam omnium peccatorum, de quibus quis fuerit verè contritus & confessus: ac proinde videatur refringere Indulgenciam ad ea peccata qua tunc confiteris. Non enim dicit, Quod iam de novo debet esse contritus & confessus: sed sufficit vt alijs ea sit legitimè confessus. Quare non requirit, nisi vt ea confiteraris, que antea nunquam es legitimè confessus; sic enim aliorum etiam, que olim confessus es; veniam consequeris, vt recède Corduba & Nauar. suprà.

Dico Quartò: Si quis non habeat peccatum mortiferum, et si in formula requiratur confessio, probabilius tamen est, non teneri ad confessionem. Ita Nauar. Corduba, & alij. Ratio est: Quia formula explicanda est de ijs, qui habent materiam necessariam confessionis, id est, peccatum mortiferum. Quomodo intelligendum etiam est præceptum de annua confessione. Notandum tamen, in praxi securius esse semper confiteri.

DVBIVM